Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Aduersus hypocrisin. 29.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50828

Visual Library

opē eam referri poteſt, quā ſancti precibus ſuis nobis afferunt.

Aduerſus hypocriſin.

29.

QVid magis eſt vanum, quàm iuſti nomen habere,
Cùm procul à placitis ſit tibi vita Dei?
Cúmque lupus, cum ſis Belial, turgeſcere mente:
Quòd tegat immanem pellis ouina lupum?
Nam licet eximia, quòd non tua pectora cernat
Inſcia turba, virum te probitate putet,
Quem capis hinc fructum? qualem, cum ſimia turpis
Nobilis eſſe leo dicitur, inde capit.

SCHOLIA.

Quid magis) Probitatē ſimulare facile eſt, probū eſſe difficile, vt poſt Lactantiū ait Auguſtin⁹. Ac profectò inſignis eſt abſurditas, potiorem habere incertam, atque vt plurimū falſam, hominū opinionem, qui Scriptura teſte tantū externa intuētur, quàm verū & incorruptū conſcientię noſtrę teſtimonium. In quo apertiſſimè ſeſe prodit hominum leuitas ac

Aug. lib. de mori. Eccleſ. Cath. *Lact. lib. 6. cap. 6.* *1. Reg. 16*

vanitas, quemadmodũ eſt a
Epiſt. ad Paulin. Hieronymum. Etenim quod c
rupti animi maius clariuſque
gumentum eſſe poteſt, quàm
Lib. de grad. hum. grad. 6. id vſu venit, quod ſcribit Ber
dus, Nēpe vt homo, qui de o
alia re pl⁹ ſibi credit, quàm a
de ſe ſolo plus aliis credat, q
ſibi? Quod quidem quàm pe
loſum eſſet, intelligens Hora
ad quendam ita ſcribebat,

Sed vereor ne cui de te, plus quàm t
credas.

In Apol. ad Guliel. abbat. Id quod vſque adeo graue & t
crandum Bernardo viſum eſt,
his verbis vti minimè dubita
Quis magis impius? an profit
impietatem, an mentiens ſan
tatem? Nonnè is qui etiam m
dacium addens, geminat imp
tatem? Beati igitur illi, qui c
Hier. 17. Hieremia dicere poſſunt, Di
hominis non deſideraui, hoc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

humanam gloriam.

Qualem cum Simia) Similitudo hæc ex Gregorij Nazian. Tetraſtichis ſumpta eſt.

De bello quod homini in hac vita ſubeundum eſt.

30.

AN firmis tribus ipſe queam par hoſtibus eſſe,
Alcides nequeat cum ſuperare duos?
Me caro perpetuo, me mundus, marte laceſsit:
Bella mihi dæmon ſanguinolenta mouet.
An par eſſe queam tribus his infirma locuſta,
Atque cinis tenuis, puluis & exiguus?
Iunge tibi me Chriſte potens: munduſque, caroque,
Et ſatanæ rabies, tunc mihi riſus erunt.

SCHOLIA.

An firmis) Origenes ſuper his verbis lib. Numerorum, Domine humilia mihi fortiores me, ita loquitur: Vox iſta fidelium eſt, confitentium ſimpliciter fortiores eſſe inimicos ſuos. Aduerſus enim principatus & poteſtates eſt nobis certamen, Dauid quo- *Hom. 6. in Iudic.*